

**Dissertatio medica, inauguralis, de humuli lupuli viribus medicis /
Eruditorum examini subjicit Johannes Jacobus de Roches.**

Contributors

Roches, Jean Jacques de.
University of Edinburgh.

Publication/Creation

Edinburgi : Excudebant C. Stewart et socii, Academiae typographi, 1803.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/p4qgd666>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO MEDICA,
INAUGURALIS,
DE
HUMULI LUPULI VIRIBUS MEDICIS.

QUAM,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,
D. GEORGII BAIRD, SS. T.P.
ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI;

NEC NON
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI Consensu;
Et NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE Decreto;

Pro Gradu Doctoris,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit
JOHANNES JACOBUS DE ROCHES, A.M.
GENEVENSIS;

SOCIET. REG. MED. EDIN. PRÆS. ANNUUS,
NEC NON
SOCIET. NATUR. STUD. EDIN. PRÆSES ANNUUS.

Ad Diem 24 Junii, horâ locoque solitis.

EDINBURGI:
EXCUDEBANT C. STEWART ET SOCIJ,
ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

1803.

DISSENTATIO MEDICA

IN ANATOMIA

FRANCISCA FRIDERICI MEDICI

D. GEORGI BAIRD. SS. LL.

ACADEMIAE MEDICINAE

PRÆFATIO

AMPLISSIMO REVERENDISSIMO ACADEMICO COUNCILORI
FRANCISCO FRIDERICO MEDICO

FRANCISCO FRIDERICO

STUDIIUM IN MEDICINA HONORIS ET LAUDIS
PATE ET ACADEMIAE COUNCILORI

FRANCISCO FRIDERICO

IOHANNES JACOBUS DE BOCHINGHAM

DE MEDICINA

SOCIETAS MEDICINAE

PRÆFATIO

SOCIETAS MEDICINAE

AD ILLUM ET ILLUD, HONORIS LAUDIS

FRANCISCO FRIDERICO

ACADEMIAE COUNCILORI

ACADEMIAE COUNCILORI

1807

VIRO REVERENDO

JOHANNI LUDOVICO DE ROCHES

IN ACADEMIA GENEVENSI LINGUARUM ORIENTALIUM

PROFESSORI, EJUSDEMQUE OLIM RECTORI,

PATRI, MONITORI, AMICO

STUDIORUM PRIMITIAS

SACRAS VULT

FILIUS.

VIRI REVERENDI

JOHANNI LUDOVICO DE ROCHES

ACADEMIA GENEVENSI LINGUARUM ORIENTALIS

PROFESSOR, EPIGRAMMIS OLIM RECTOR
ACADEMIAE GENEVENSI LINGUARUM ORIENTALIS

PATER MONITOR ANNO

MDCCCLXXII

STUDIORUM PRIMITIAS

LAGRAS VULT

ILLUSTRI

JACOBO HOFMANN D. S. P. L. A. M.
LUDOVICO ODIER, M. D.

IN ACADEMIA GENEVENSI ARTIS MEDICÆ PROFESSORI,

INGENII ACUMINE ATQUE ERUDITIONE EXIMIO

HOEC LEVE OBSERVANTIÆ SIGNUM,

OFFERT

AUCTOR.

JACOBO HOME, M.D. & F.R.S.

LUDOVICO ODIER, M.D.

MAJORS MEDICAL IN ARMY AND NAVY

IN ACADEMY GENÈVE AND MEDICAL PROFESSOR

OF ACADEMY INGENIUM ET LITTÉRATURE

THEIR ACCOUNTS AND THEIR DISCUSSIONS

THEIR DISCUSSIONS
AND THEIR DISCUSSIONS

THEIR DISCUSSIONS AND THEIR DISCUSSIONS

THEIR DISCUSSIONS

THEIR DISCUSSIONS

THEIR DISCUSSIONS

THEIR DISCUSSIONS

JACOBO HOME, M. D. S. R. E. S. &c.

MATERIÆ MEDICÆ IN ACADEM. EDIN. PROFESSORI,

OB ANIMUM INGENUUM ET DOCTRINAM VARIAM

ALUMNIS CARO,

TENTAMEN INAUGURALE,

CUM REVERENTIA ANIMOQUE GRATO

INSCRIBIT

AUCTOR.

Digitized by the Internet Archive
in 2020 with funding from
Wellcome Library

DISSERTATIO MEDICA,
INAUGURALIS,
DE
HUMULI LUPULI VIRIBUS MEDICIS.

AUCTORE JOHANNE JACOBO DE ROCHES.

PROŒMIUM.

§. 1. SCIENTIAS naturales, solâ experientiâ, castâque observatione promoveri, jam inter philosophos fatis constat. Nec verò obstitit magnum Baconis nomen, quin nosmet ipsi decepti, atque erroris inscii, alios decipiamus, sub ipsâ specie recti. Si tamen erroris fontes assequi poterimus, jam ab aliorum eventis doceri, propriosque conatus certiores facere, haud ita difficile videbitur. Historiæ naturalis, ista præcipuè pars,

quæ ad hominem refert, medicæ hiftrioniæ, præter alias plurimùm favere solet. Fuit enim externorum ratio agendi in corpus humanum hùc usquè tenebricosa ; atque illud, quod ægro- tantibus adeò naturale est, desiderium, se mise- riis liberari, mentem illorum facilè percellit ; vi- ribus medicamentorum lubentes credunt, quæ non rarò proderint, si fides opinioni datur. Opi- nionis viribus empiricus persæpè totus innititur ; quinetiam illæ medicos studiosissimos veri inter- dùm decipiunt, quippè non solùm absque ullo illorum consilio, sed etiam absque conscientia ægri, frequenter exercentur. De remediorum virtutibus cautè igitur oportet judicare : inopi- natis morbi mutationibus, atque animi seu cor- poris virium actioni multum concedi potest, præter quod ex medicamentorum utilitatibus propriis derivatur.

§. 2. Porro corpus humanum ex variis, ne- quaquam verò disjunctis partibus, constat ; uni- uscujusque organi natura et vires conditionem
aliorum

aliorum afficiunt, atque ab illâ vicissim afficiuntur ; ita ut pars nulla mutationes subire possit, quin reliquæ ratione quâdam quoquè mutantur. Integritas igitur cujusvis organi, haud ita in conditione quâdam suâ, sed potius in ipsius justo consensu cum cæteris, sita est. Hinc in plerisque morbis internis tota sanitatis restituendæ cura, hoc solo cardine versatur, ut functiones ad æquilibrium reducantur, hanc refocillando, vel illam deprimendo. Quæ cum ita sit valetudinis natura, haud mirari debemus artem medicam adeò incertam esse, quandò Nosologiæ vinculis sese compediri finit ; generalis enim et imperfecta nimium est præsens morborum dispositio ; atque medico faciliùs persuadit remedia certa cum nominibus certis confociare. Intereà nulla eorum, quæ in corporibus vivis semper sunt acta, ratio habetur ; neque quidem ad peculiarem corporis ægri conditionem respicitur, ad quam medendi methodum semper accommodare debemus ; hæc autem qui non curat, artem medicam crassè illepidèque exercet.

§. 3. Non solum omnes partes in sano corpore aliæ cum aliis consentire debent; verum etiam, quæ singulas eorum formant, vasa nempe sanguifera, tela cellulosa, fibræ musculares, nervi, harmonicâ quâdam ratione respondere. Etenim omnibus medicis fatis cognitum, externa quædam certas organorum partes præter alias singulariter afficere; si autem illæ minus concordant, functionum integritas deturbatur; nam munera diversarum organi partium hîc, haud secus ac in toto corpore, sese mutuò, quamquam sub umbrâ, sustentant. Facile igitur ex hoc conspectu physiologiæ novus intelligetur fons erroris, si de modo quo pars interna sit affecta, vel de remediis ad morbum accommodatis dicere volumus; quippe ægrotatio de vitiis multigenis, atque diversa ratione medendis, nascitur. Nervorum irritatio subito in parte quâvis ineffe potest, ex sanguinis injecti copiâ in utramque partem culpandâ, vel ab acri quodam parti admoto seu in parte generato: methodum autem

medendi hoc in casu trigeminam esse tironi ipsi fatis liquet.

§. 4. Hæc forsan sufficiunt, iis qui scire cupiunt, quo pacto corpus ægrotans, auxiliis internè depromptis, sæpissimè semet ipsum restaurare queat; quî fit, medendi consilia diversissima, imo per se contraria, morbis externo habitu simillimis benè subvenire; quùm autem medicamentum unum et idem, à diversis hominibus adhibitum, toties spem ægrotantis fefellerit. Hinc quoque disputationes multæ apud medicos, de vocabulorum legitimâ selectione, quæ medicamentorum dotes significant; illi verò qui sese temerè tradunt, haud sanè meminerunt certum et constantem modum agendi sic rebus tribui, quæ per ipsam naturam, ab unâ parte saltem, continuò mutantur, nec omninò effectus sibimet pares præferre possunt; atque igitur medicamenta extare compluria, si quidem ultima illorum actio respiciatur, quæ naturam modò stimulantem, modò sedantem assumunt, pro variâ conditione

tionem partis cui admoventur. Sanguinis detractio, exempli gratiâ, vasorum fanguiferorum vires generatim multum deprimit, interdum autem incitat easdem, æquilibrium scilicet inter massam propellendam et vasorum propellendi facultatem restituto; dilatatio enim contractioni succedens vasorum fibris ad recentem contractionem stimulus est naturalis; illa verò haud probè fieri potest, quando tubi fanguiferi suprâ modum sanguine distensi tenentur. Frigus quoque vim nervosam frangit; si autem summae cuti affundatur aqua frigida, frigoris perceptio acuta corpus universum quam maximè roborat; nam stimuli caloris subita abstractio, stimulus est sui generis, nec ullo modo contemnendus.

§. 5. Non igitur profectò sat medico est, nobis generali asseveratione affirmare, quaedam remedia adversus quosdam morbos prodesse; sed hoc potius videndum, ut ab aliis illa signa morboſa discerni possint, quibus remedia potissimum occurrant. Quæque enim in Materia medica
plurimum

DE HUMULI LUPULI VIRIBUS MEDICIS. 7

plurimùm pollent, aurâ quâdam populari alternè valuerunt ad sanationem morborum diversissimorum, quorum nomina Nosologiae paginas abundanter referciunt; quùm alii ex usu quoque contenderent dotes nomini magno nequaquam respondere. Proprium est methodi vitium, quod tironis iudicio officit, facitque, ut errores practici auctoritate chartae facillimè concilientur. Hinc profectò oritur ratio quare sapientiores medici, haud plurimis remediis confidentes, paucorum actionem in fabricam humanam diligentius perscrutentur; illaque mox ex usu discunt, quo pacto regantur, ut totidem propositis respondeant; quot (atque aegrotantibus forsan haud ita tutis), per numerosiora medicamina occurrere possent. Dum autem ab hac caveant, in illam fraudem incidunt; nec enim ratio ista omninò culpâ vacat, neque digna quam studiosius sequamur: Plurimi, quam plurimi quidem sunt morbi, quibus remedia solita minimè subveniunt; de viâ tritâ tunc pro tempore est decedendum, atque pericula aliorum in aegrotantis bonum con-

vertere

vertere oportet ; nam si qui nobis celebratur periculi exitus, fatis probabilitatis secum ferat, ab ipsâ ratione quâ ad illum perducimur, jam salvâ conscientîâ præsidium novum tentare licet.

§. 6. Remedia illa, quæ narcotica vel anodyna dici solent, optimè imprimis ostendunt virium quibus singulæ pollent, diversitatem ; quoniam non solum apud alios homines, verum etiam in eisdem alio tempore, vario prorsus eventu sæpe exercentur ; nec adeò mirum quum unumquodque genus illorum quibusdam virtutibus propriis gaudeat, quæ in hoc quàm in illo casu melius respondent. Vix ac ne vix quidem dotes illas singulares ratiocinatione unquam consequi possumus ; de experienciâ tantummodò sunt deducendæ ; nec aliquis expectet scientiam de remediis narcoticis magis accuratam, quamdiù vis nervosæ natura obscuritate occultabitur. Quod tamèn nequaquam obstat, quin illorum præsidiorum numerus recte augeatur, quippè ad conditiones

DE HUMULI LUPULI VIRIBUS MEDICIS.

tiones corporis humani ità diversas, diversae remediorum qualitates certiùs erunt accomodandae.

§. 7. Hâc consideratione ductus, dotes narcoticas plantæ haud immeritò apud Britannos celebratae tentare ausus sum. Periculum fat faustum evasit, ut in inaugurali dissertatione dicam, quid de nobis mereatur medicamentum.

§. 8. Quò, ut decet, procedat argumentum, mihi in animo est primùm, breviusculam Lupuli Humuli historiam botanicam, naturalem et chemicam referre; deinde de viribus medicis agere; denique paucis generalioribus de Lupuli pharmaceutico atque dietetico usu propositum absolvere.

S E C T. I.

CAP. I.

HISTORIA BOTANICA ET NATURALIS,

§. 9. Humulus Lupulus collocatur Linnæo ad classem Diœciam, ord. Pentandriam, cujus generis una tantum extat species. Coni ex fœmineâ plantâ petuntur, nec sunt nisi strobili ovato-oblongi, compositi ex bracteis amplis imbricatis, quarum singulæ duo femina subrotunda ad basin continent. Tàm bracteæ quàm femina conspersa farinâ aurei coloris. *

§ 10. Planta perennis ex radicibus propagata cultum assiduum ac solertem postulat, quò profperè

* Murray, Appar. Med.

DE HUMULI LUPULI VIRIBUS MEDICIS. 11

perè succedat. In lupuletis non nisi stirpibus fœmineis locus conceditur. Fructum dat altero à plantatione anno. Floret circà initium mensis Augusti; ac sub fine ejusdem mensis vel incipiente Septembre, Lupulum maturum judicant, ex odore aromatico, feminis duritie, et floris internâ parte glutinosâ. Jam tempus est conos percipiendi; exsiccatio insequitur, et hoc magni momenti negotium est: Lupuli in clibanis vel in pavimentis ficcis et ventosis, igni bene temperato expositi remanent, atque per intervalla revolvuntur, ut calor conos æqualiter pervadat. Lupulum probe desiccatum fuisse ex sequentibus cognoscemus; pedunculi scilicet fragilitate: conorum colore vividè flavo, vel pallidè aureo, atque odore gravi aromatico. Lupulus haud sufficienter exsiccatus mucorem facile contrahit; quùm autem si suprâ modum fuerint, fuscum assumunt habitum, atque aroma ferè totum deperditur. Maximè infestus est Lupulo vegetanti ros melleus, quo folia tenaci glutinosâque quâdam materie incrustantur, quae exhalationem

halationem impedit; animalculis innumeris fit nidulus, folium nigrescit, corrugatur, facilèque manu in pulverem teritur. Lupulus benè præparatus in corbibus vel faecis valdè compressis ad usum servantur. †

CAP. II.

HISTORIA CHYMICA CONORUM.

§ II. *Exper* 1. Scrupulus unus pulveris Lupuli in aquae fontis unciis duabus cum lampadis calori per semi horam digestus fuit; deindè per horae quartam partem mixtura decocta est; liquidum colatum erat subflavum, turbidum, nauseosum, leviter amarum, chartam litmo tinctam rubefaciens, vix lupuli odore aromatico præditum;

† Dissert. in tabul. Soc. Nat. Edinb. à Domin. Samuel Hughes.

tum ; extractum per vaporationem dabat exiguum atque saporis acidi.

Exper. 2. Lupulo in chartâ post colationem remanenti, uncia una spiritûs vini rectificatissimi affusa est : digestio per semi horam cum calore facta ; et tinctura colata est altè viridis, amara, quæ ab aqua turbida fiebat.

Exper. 3. Lupulorum aquoso decocto colato, alkool additum ; ex mixturâ post aliquot horæ minuta gumminosi, mucilaginosi flocculi separati, atque in unum coalescentes ascenderunt ; odor mixturæ admodum *alkoolinus*.

Exper. 4. Lupulorum scrupulus unus in alkoolis rectific. unciâ unâ decoctus est per semi horam in vase vitreo, ore chartario obturamento semi-occluso. Tinctura colata maxime colorata, amarissima, valdè aromatica ; aquâ admixtâ emulsio resinosa facta est, minimè quiete clarescens

scens; extractum per vaporationem gr. i. pro uncia tinctura præbebat peramarum, haud ita aromaticum, calore resinarum instar liquefactum.

Exper. 5. Lupulo post colationem residuo (*Ex 4.*) alkoolis recentis semi uncia iterum affusa; tinctura post decoctionem per decem horæ minuta erat vix colorata, subamara, aquâ haud turbida reddita.

Exper. 6. Lupuli digestio sine calore in alkooli per dies octo, liquido postea expresso et colato, tincturam præbuit coloratissimam, amarissimam; ex quâ extractum gr. ij. pro uncia tinct.

Exper. 7. Tinctura iterum facta est ex pulveris Lupuli drachmis tribus, atque spiritu vini haud ita rectificati unciis sex cum decoctione per semi horam in retortâ cum excipulo refrigerato. Vix semuncia liquoris distillavit. Hoc autem aqua
minimè

minime turbidum reddebat, atque odore vel sapore parum ab alkoole puro differebat. Tincturæ verò odor erat valde aromaticus et fapor dulcis. Per vaporationem extractum gr. vj. pro tinct. unciâ collectum est. Si tamen per minuta decem tantummodò fiat ebullitio, ut ex posteriori tentamine compertum, fatis erit.

Exper. 8. Lupulorum decoctum aquosum atque tinctura spirituosâ solutionem sulfatis ferri subfufcant, necnon chartam litmi more acidorum afficiunt.

§. 12. Ex præcedentibus Lupuli constare videntur variis, quæ dici solent proximis partibus.

1. *Resina* in qua inest amaritudo plantæ, quam spiritus vini facile excipit, aqua vero calida exiguâ tantum quantitate.

2. *Oleum*

2. *Oleum essentialē* quæ causa est proxima odoris aromatici in plantâ et tincturâ ; calore dispellitur, si præsertim cum substantiis fuerit conjuncta, quibus parvâ devinciatur affinitate chymicâ ; contusione conorum in pulverem aroma fit intensius.

3. *Nauseosum quid mucilaginosum* aquâ fervidâ extractum ; ex illâ rursus spiritu vini addito in flocculos separatum.

4. *Acidum liberum* quod fortassè acidum gallicum dictum est.

S E C T.

S E C T. II.

HISTORIA MEDICA.

§ 13. Vis Lupulorum lithontriptica celebrata est ex experimentis Herophili Lobbi * , qui calculum urinarium durissimum in decocto lupulorum emollivit. Hoc autem ex liberi acidi præsentia haud ita difficilè conjici potest. Quin etiam, Londini calculosam diathesin, à cerevisiæ probe lupulatæ liberaliore usû imminutam fuisse, plurimi opinantur; quamquam magna, inter calculi jam formati solutionem, et quæ illorum formationi occurrunt intercedat differentia. Vis tonica cerevisiæ fortioris ad concoctionis functiones probe sustentandas censetur efficacissima, atque ita forsan calculosam concretionem præ-

C

vertere,

* Exper. cxlvi.

vertere, quæ cum ventriculi morbis frequentissimè confociata est, dici potest.

§ 14. Decocti faturationis ad dimidiam vel integram libram mane poti, virtutes anthelminthicæ à Darello memorantur. Coni autem faculo inclusi et cocti aceto, cerevisiâ vel vino, demum calidi collo applicata secundum eundem auctorem anginam discutiunt, nec non frigida hujus applicatio conducit in luxationibus recentibus et contusionibus *.

§ 15. Linnæus et postea clariss. Cullenius virtutes tonicas et anodynas Lupuli laudaverunt : verùm quandocumque de narcotico remedio generatim tantummodo dicimus, parum quidem proficimus, si præsertim res ad usum domesticum diù fuerit adhibita, nec vires illius narcoticas unquam suspicati fuerimus. Quæ igitur
fit

* Murray appar. med.

fit pars remedii valens; quo pacto ministrandum; quâ dosi; quæ ejus utilitates propriæ, nobis est accuratius explanandum, quandò medicamentum in publicum proponimus, cui ne novitas quidem favere potest.

§ 16. Pulvinus Lupulo refertus, clariss. Hopeio, nuper professori Botanicæ, et aliis*, facultate somniferâ gaudere visus est; nec alio eventu à me probatus est, cum puellâ quæ pectoris inflammatione laborabat, cum viribus valdè imminutis. Opium, hyoscyamum, camphoram, quo somnum conciliarem, diversè ministraveram, sed frustra. Somnus aut nullus erat vel turbatus, nec vires recreans: nocte vero primâ quâ cum lupulato pulvino decubuit, somno maturè cessit, atque ut matris puellæ vocabula referam, *somno quidem placidissimo quo vix spiritum ducere videbatur.* Ex illo manè est experrecta, viribus

* Stenzelius de anodynâ virtute venen. p. 39. apud Bergii, Mat. Med. p. 801.

viribus multum refectis. Odorem plantæ adeo gravem percipiebat ut pulvinum alterum lupulo superponere necessarium fuerit. Hebdomadas duas illorum usus continuatus est, neque spem ægræ unquam fefellit. Bono eventu captus, lupuli pulverem internè ministravi, cujus granatua, formâ pillularum proposito sufficienter respondere experiendo judicavi: à largiore verò quantitate caput ægræ proximò mane dolebat. Puella postea ex hoc morbo convaluit, nec nisi mensibus quinque elapsis, quum dolores colici supervenerint, medico auxilio opus habuit. Tincturæ opii abdomini infractione dolores fuerunt levati, sed opium internè adhibitum non meliùs quam antea respondit; quippè per tres noctes crescentibus dosibus tincturam opii incassum tentavi. Deinde in locum ipsius tincturam Lupuli substitui, atque cum eventu solito. Porro haustui puella nunc adeo est amica, ut mox ad illum confugiat si quando agrypnia minitetur. Lupulus hoc in casu alvum liberam servabat.

§ 17. *Observatio 2.* Virum ingeniosum medicum, inter amicos, dolores rheumatici subito invadere, pyrexia absente. Ab usu opii erat averfus, propter ejus improbos in se effectus. Vespere dolores maximi urgebant. Haustum ex tinct. Lupuli guttis xc. habuit; somnus bonus, manè caput doluit ad meridiem usquè. Vespere sequenti haustus guttas tincturæ lx tantum continebat. Somnus bonus, manè caput minus dolebat. Nocte tertiâ tentavit tinctura carere; sed ad haustum confugere denique oportuit. Guttas xl. sumpsit, somnus bonus, caput non doluit.

§ 18. Homæus, spectatissimus professor noster, qui tunc temporis Nosocomii partem clinicam ministrabat, solitâ ingenii liberalitate, tentamine dignum judicavit recens contrâ dolorem praesidium. Hanc autem periclitandi viam caeteris multùm praestare, nemo qui clinicum institutum norit, in dubium revocabit.

Quae

Quae igitur sequuntur, sunt ex libellis clinicis collecta, quatenus remedii virtutes illustrare possunt.

§ 19. Observ. 3. *J. Shand. Dolores rheumatici cum lue complicati.*

Die 17^a. Januarii. Dolores emendati: somnus imminutus (opium fumebat quoque vespere). Repet. pilulae ex submuriate hydrarg. et opii—Capiat H. S. humuli lupuli grana iij forma pillularum.

Die 18. Somnus melior; dolores mitiores ultimâ nocte. p. 88: nausea post pillulas. Repet. omnia. Hora 8va. p. m. p. 94.

Die 19. Dolores noctu graviores: somnus malus: Repet. pil. ad gr. iv.

Die 20. Dolores acerbi: nox ferè insomnis; omitt. pil. lupul. Habeat haustum ex tincturâ lupul. gtt. xlv.

Die 21. Dolores multò mitiores: nox optima. Repet. haustus.

Die 22. Somnus malus. Rep. tinct. ad gtt. l.

Die

Die 23. Somnus bonus.

Die 24. Idem. Augeat. tinct. lup. ad gtt. lx.

Die 26. Nausea et vomitus heri, tempore pomeridiano supervenerunt, atque frequenter postea redierunt, non obstante mixturâ effervescente; alvo solutâ. Omitt. pil. et tinct. lup. Haustus stimulans ministratus est ad vomitum sedandum.

Die 27. Hodiè vomitus nullus; dolores emendati. Nulla diarrhoea. Rep. tinct. lup. ad gtt. lx.

Die 28. Somnus bonus; dolores emendati. Augeat. tinct. lup. ad gtt. lxxv. horâ. 8. p. 108.

Die 29. Dolores acerbiores, p. 90. Somnus dolore acuto perturbatus. Aug. tinct. lup. ad gtt. lxx.

Die 30. Nox ferè infomnis; dolor gravis. Augeat. tinct. lup. ad gtt. lxxv.

Die 31. Ultimo vespere brevi post haustum nausea et vomitus accesserunt; atque hoc manè redierunt. Omitt. tinct. lup.

Annotatio. Tinctura in dosi gttis. lx. majore somnum potius propellere quàm ciere visa est.

§ 20. Observ. 4â. J. M^cCrae. *Alvus valdè constipata : nausea et vomitus : organica quaedam affectio in visceribus abdominalibus conjectatur.*

Die. 27. Januar. Sumat tincturæ lupul. guttas. l. formâ haust.

Die 28. Ultimâ nocte se meliùs dormivisse quàm sedecim antè hebdomadas dicit. Habeat haustum ex syrupo communi loco tincturæ.

Die 29. Dormivit non tam benè quam ultimâ nocte. Habeat tinct. lup. ad gtt. lv.

Die 30. Infomnis. Repet. tinct. ad gtt. lx.

Die 31. Somnus bonus. Habeat haustum ex syrupo communi.

Die 1. Februar. Somnus bonus. Rep. haust. ex syrupo communi.

Die 2. Infomnis. Repet. tinct. lup. ad gtt. lxxv.

Die 3. Infomnis priori parte noctis, ab urgentem dyspnœâ. Repet. tinct.

Die 4. Somnus bonus. Tinctura omissa ; usquè ad diem decimum tertium Februarii, quo iterùm

iterum ministrata est, in dosi quinquaginta guttarum.

Die 14. Somnus optimus.

Die 18. Se multò meliùs dormivisse narrat, à tempore quo haustu uti cæperit. Rep. tinct. ad gtt. lx.

Die 19. Somnus bonus. Tinctura rursus omissa, quia vomitum augere videbatur. Hyoscyamus, atque Conium maculatum fuerunt adhibita per hebdomadas septem; verum ex libello clinico apparet ægrum constanter de infomniâ queri.

Annot. Effectus cum tinct. lup. tum fyr. communis ad proximam noctem hoc in aegro videntur extensi. Quando tinctura assiduò per dies plures continuata est, somni fuerunt constanter boni.

§ 21. *Observ. 5. Hunter. Ex febre convalescens.*

Tincturæ opii guttis xxxv. tinctura lupuli in dosi gtt. xlv. substituta fuit; atque cum bono

anodyno eventu ; sudorem quoque movere visa est.

§ 22. Observ. 6. C. Millar. *Dolores vagi in pectore atque abdomine ; nausea et vomitus : alvi constipatio : dysuria : Nephritis suspicata.*

Die 12. Januar. Noctes insomnes. p. 106. et debilis : capiat tinct. lup. gtt. lx. Horâ 8â. p. 120.

Die 18. Somnus multò melior ; dolores noctu haud ità feveri. P. 116. Omitt. tinct. lup. Horâ 8â. p. 108.

Die 19. Dolores abdominis acerbi : nausea, vomitus : nox insomnis. Rep. tinct. lup. Horâ 8â. p. 102.

Die. 20. Somnus optimus ; alvus constipata. Sumat catharticum ; Rep. tinct. lup.

Die 21. Nausea, vomitus, et dolores heri vespere redierunt : haustum vomuit : insomnis, p. 109. et debilis. Rep. tinct. lup. ad gtt. xlv.

Die 22. Dormivit per semihoram post haustum ; somnus autem postea nullus, propter dolores

lores et nauseam. p. 102. Rep. haust, ex. tinct. lup. Horâ 8â. p. 98.

Die 24. Nulla urina per horas triginta emissâ, sed cathetere immisso libræ duæ abstractæ fuerunt. Infomnis.

Ab hoc tempore, Laudanum ministratum est atque in dosibus ad guttas septuaginta crescentibus, quæ ultima dosis somnum per noctes duas ciebat; postea verò invalescente morbo æger Nosocomium reliquit.

Annot. Tinct. lup. constipationi non succurrebat: Dosis gtt. xlv. fluxè tantùm somnum conciliavit. Opii certè haud præstantior operatio.

§ 23. Observ. 7. *G. Lindsay. Ex febre convalescens.*

Die 31. Januar. P. 86, et debilis: noctes ferè insomnes propter dolores artuum: habeat tinct. lup. ad gtt. l. Horâ 8â. formâ haustûs.

Die 1. Februar. Nox mala, urgente nausæâ, Aug. tinct. lup. ad gtt. lv. Horâ 8â. p. 100.

Die

Die 2. Somnus optimus : Urina copiosum
sedimentum deponens. Aug. tinct. lup. ad gtt.
lx. Horâ 8â. p. 92.

Die 4. Dolores leves abdominis, alvus fo-
luta : noctes optimae. Hab. tinct. op. gtt. xxxv.
Horâ 8â. omitt. tinct. lup.

Die 7. Abiit benè valens.

§ 24. Observ. 8. *Ann Black. Rheumatismus
acutus : Somnus nullus. p. 108 et validus : Cutis
interdum calida, appetitus vitiat. Functiones
aliæ bonæ.*

Die 30. Januar. Sumat horâ somni hau-
stum ex tinct. lup. gtt. l.

Die 31. Nox infomnis : dolores per noctem
acerbissimi. P. 90 et plenus. Fiat venæsectio :
Horâ 8â. p. 96.

Die 1. Februar. P. 92 et debilis. Dormivit
paululùm hoc manè. Dolores non emendati :
tumores nonnihil imminuti : sanguis non coria-
ceus : sum. corticem Cinch. ter in die. Horâ 8â.
p. 84.

Die

Die 2. Dolores noctu graviores — P. 90. fed non validus. Sumfit fingulis vespers tinct. lup. Somni turbati. Habeat haustum ex tinct. lup. ad gtt. lxx. Horâ 8â. p. 88. Cutis madida.

Die 3. P. 86 et non debilis. Somnus bonus. Dolores minus feveri. Rep. tinct. lup. ad gtt. lxxv. Horâ 8â. p. 82.

Die 4. P. 76 et plenior. Dolores non emendati. Nox haud ita bona. Propensio magna ad sudorem. Rep. tinct. lup. ad gtt. lxxx. Horâ 8â. p. 92.

Die 5. p. 84. et debilis : Nox mala : Dolores graviores. Omitt. tinct. lup. Cap. tinct. opii ad gtt. xl.

Die 7. Dolores emendati : Nox bona. Repet. tinct. op.

Die 14. Dolores multum levati : Somni optimi. Omitt. pulv. cinch. Omitt. tinct. op. Habeat tinct. lup. ad gtt. l.

Die 15. Nox pejor. Rep. tinct. lup.

Die 16. Nox bona. Rep. tinct. lup. ad gtt. lx.

Die

Die 17. De somno nihil relatum. Pul.
Ipecac. cum opio ministratus est; tinct. lup.
omissa.

Annot. Tinctura opii melius certè quàm al-
tera respondit: Somniferæ virtutes tincturæ
lupuli, si ullæ, fluxæ fuerunt; fortasse etiam
dosis celeriter nimium aucta est. Propensio ad
sudorem notanda.

§ 25. *Observ. 9. Cath. Torstan. Pneumonia
vel Catarrhus Epidemicus.*

Venæsectio: Vesicatoria: Purgantia fuerant
adhibita.

*Die 4. Februar. P. 84. Respir. 25. Som-
nus nullus: Sensus languoris: Syncope sæpè
minuitur. Tussis, dolor pectoris et dorsi mul-
tùm levati: Sitis magna: narrat ægra se semper
delirio violento per noctem, et dolore capitis
die sequente affici, si tincturam opii sumserit.
Omitt. tinct. op. ammon. Cap. tinct. lup. gtt. 1.*

*Die 5. P. 80 et debilis: Respir. 28: Nox
infomnis. Hodie caput dolet. Rigores inter-
dùm*

dùm, quos sequitur syncopes minitatio. Tussis et dolor pectoris ferè nullus. Rep. tinct. lup. ad gtt. lxx. Cap. haust. spirit. ether. nitrosi ʒj. ex aqua cass. spirit. ʒj. minit. sync.

Die 6. Nox insomnis; p. 80. Dolor capitis: Alvus constipata. Repet. tinct. lup: Adhib. enema vesperi, horâ 8â. p. 80.

Die. 7. p. 78. Capitis, imprimis parte sinistrâ, dolor acerbus, oculi sinistri hebetudo. Sitis magna: Syncopes minitatio frequens, quæ mixturâ spiritus nitrosi levatur. Somni pessimi: alvus non bene respondit. Repet. tinct ad gtt. lv. et enema: Applic. empl. epispast. temporibus. Horâ 8â. p. 84.

Die. 8. Cephalalgia non emendata. Dolor lancinans sinistræ malæ atque ad dentes deorsum extensus. Somnus malus. Sitis urgens. Verificatorium bene operatum est. Capiat extr. hyoscrami gr. 1. h. f. forma. pil.—omitt. tinct. lup.

Die. 9. Somnus optimus—Augeat. extr. hyosc. ad gr. jfs.

Die

Die. 13. Nox infomnis—Aug. extr. hyosc.
ad gr. ij.

Die. 15. Alvus constipata. enema.

Die. 17. Somni mali. Alvus tenacissima.
Aug. extr. hyosc. ad gr. iij. enema.

Die. 19. Nox bona. alvus tenax. Repet.
extr. hyosc. et catharticum.

Die. 20. Cathartici effectus parvus; hoc
mane vomuit; postea syncopes minitatio. Do-
lor capitis. Sum. vinum aloeticum et extr.
hyosc. ad gr. iij.

Die. 23. p. 100. Nox infomnis; paroxysmi
hysterici frequentes ægram invaserunt.

Annot. Opium ac tinctura lupuli nihil ad
somnum ciendum proficerunt; hyoscyamus au-
tem pro tempore tantum: alvus tenaciter con-
stricta remansit sub trium narcoticorum minis-
tratione.

§ 26. Observ. 10. *James Hardy, Catarrh.*
Epid. Sumebat T. opii. gtt. xxx. ex quibus
somnus erat bonus.

Die

Die. 24. Januar. Omitt. Hauft. anod.
Hab. Tinct. lup. ad gtt. xlv. forma hauft. h. s.

Die 25. Somnus non æquè bonus ac ultimâ
nocte. Aug. tinct. lup. ad gtt. lv. h. s.

Die. 26. Somnus solito melior. Aug. tinct.
lup. ad gtt. lx.

Die. 27. Somnus optimus; fomnoque cessit
proximè post hauftum depromptum; habeat
hauftum ex fyrupo simplici h. s.

Die 28. Somnus solito pejor. Hab. hauft.
ex tinct. lup. gtt. lx.

Die. 29. Ultimâ nocte fomnus melior. Rep.
hauft. ex fyr. simpl.

Die. 30. Abierat ante visitationem.

Annot. Lupuli virtutes opio saltem haud infe-
riores fuerunt.

§ 27. Observ. II. *John Anderson. Rheumatif-*
mus acutus, pro formâ ischiadis.

Die 2. Januarii. P. 70, et non validus;
fomni mali; balneum calidum; vesicatoria. Ha-

beat Tinct. Lup. gtt. lx. h. f. formâ haustûs ;
horâ 8â p. 84.

Die 8. P. 72, et debilior ; dolor emendatus ;
somnus optimus ; Rep. Tinct. ad gtt. lxx.

Die 4. Somnus malus, propter, ut putat,
dolorem partis vesicatae ; Rep. Tinct. Lup. ad
gtt. lxxv. horâ 8. p. 76.

Die 5. Somnus optimus ; dolor vix per no-
ctem perceptus ; Rep. Tinct. ad gtt. lxxx. horâ
8vâ. p. 76.

Die 6. P. 70, et mollis ; dolores per noctem
graves ; fudor levis hoc mane ; Rep. Tinct. Lup.
hora 8vâ, p. 84.

Die 8. Dolores non emendati ; nox mala ;
Omitt. Tinct. Lup. ; haustus anodynus fuit mi-
nistratus.

Die 9. P. 80, et plenus ; nox melior ; ab
hoc tempore nulla mentio somni facta est, ad
28am. diem usquè, quâ dicitur aegrum dormivisse
solito paulo melius.

Annot. Soporifici effectus transientes, quam-
quàm

quàm primùm conspicui ; doses forsan majores
haud ita proderant.

§. 28. Observationibus clinicis minutè sic
enumeratis, licet cuique, quid velit, deducere ;
mihiquè nunc forsitan fatis erit, generaliter ob-
servare,

Primò. Pericula meliùs respondiſſe quàm ex
dosi incertâ, atque ex qualitate tincturæ variâ
fuiſſet expectandum.

Secundò. Dosim mediam ex guttis quinqu-
aginta constare ; tincturamque probatissimam in
Exper. 1. §. 11. reperi.

Tertio. Dosim justo majorem nauseam et vo-
mitum ciere, vel die sequente dolorem capitis re-
linquere.

Pulvis insupèr lupuli alibi in Nosocomio formâ
pilularum fuit adhibitus, in rheumaticis, sphi-
liticis

liticis, ac pectoris affectibus ; atque, uti mihi narratum est, eventus soporificis lupulorum virtutibus amicus fuit ; imò constantius faustus quam cum tincturâ acciderat, quippè dosis non adeò frequenter erat mutanda ; grana tria media dosis : In nonnullis ægris pilulæ nauseam moverunt ; nec non delirium per tres noctes ex granis tribus in aegro chirurgico ortum est.

S E C T. III.

OBSERVATIONES QUÆDAM GENERALES.

§. 29. Hæc sunt quæ nobis adhuc scire contigit, de viribus narcoticis Lupuli ; nobis modò superest ut quædam generalia, paucis verbis, prius exponamus, quàm rem propositam ad finem perducimus. Omnibus suprà memoratis, cognitis, et inter se comparatis, fas est, ut videtur, concludere.

Primò

Primò. Vim narcoticam haud exiguam ineffe in principio plantæ volatili. Hoc planè apparet, quia odore plantæ ficcæ somnus conciliatur: quia vis tincturæ narcotica non eò major est, quò fit major quantitas materiæ gumminosæ et refinosæ; et praeterea quia hanc vim plerumquè destruit aqua fervida, vel vaporatio usquè ad extractum formandum.

Secundo. Tormina forsan et dolores abdominis, et diarrhoeam, à refinosis partibus aliquandò oriri quandò tinctura saturata adhibetur; hoc autem haud fatis constat, quòd si ita res se habeat, facile erit hæc mala evitare, tincturam rectè et optimè parando: dubitandum est etiam, an sudor apud alios ægrotos eisdem causis an verò anodynis solummodò virtutibus producat.

Tertiò. Vires narcoticas dissipari vel solâ infusione, vel coctione unâ cum *brastio* in cerevisiâ formandâ—quia calor principium anodynum

num dissipat, quod aquam aspernatur repudiatque : ad hanc sententiam confirmandam copia major experimentorum est procuranda.

Quartò. Si usus pulveris Lupuli optimos effectus probaret ; pulvis mihi videretur tincturæ anteposendus, quia effectus magis constantes sunt, quia spiritus vini propriâ quâdam ratione in ventriculum agat ; et pulvis minoris etiam pretii, quàm tinctura.

Qualitas etiam Lupuli consideranda est ; ad hunc finem signa jam recensita (Sect. 1.) spero alicui scientiam suppeditare.

Quintò. Effectus herbarum quæ in sole vel igne ficcantur, et quæ simpliciter comparatae, medicorum attentione sunt dignissimi : quoniam modus operandi haud ab aliâ re mutatur ; et quoniam usus ad libitum dirigi potest, præsertim apud ægros qui à remediis narcoticis plurimum aversi sunt : plantæ etiam ficcæ adhiberi debent, quasi

quasi fomenta, vel in pulveris formâ, ad dolorem minuendum et tollendum humani corporis partium.

Sextò. Medicorum est, qui student de Lupuli utilitate et effectibus medicis scire, summâ opemiti, ut investigent mores, et valetudinem opificum qui eum in colligendo et exsicando versantur.

§. 30. Hæc pauca medicorum attentione mihi videntur digna : hæc carptim breviterque perstringo ; atque aliis commendo, ubi narcotica sæpè adhibenda, et usitatiora parùm valuerunt.



FINIS.

quasi formata, vel in pulveris formam, ad doli-

tem mittendum et colligendum humani corporis

Sancti Medicorum est, qui sicut de L. 1. 1. 1.

medicis et ceteris medicis sicut, sicut opo-

rum, ut investigent mores, et viderentur opo-

rum, qui cum in colligendo et excedendo ver-

latur.

2. 10. Iste parva medicorum medicina est.

in videtur de parva: hanc capiamus parvaque

peritago; sicut sicut conuenit, ubi sicut

et sicut adhibetur, et sicut peritago

et sicut adhibetur, et sicut peritago

et sicut adhibetur, et sicut peritago

et sicut adhibetur, et sicut peritago

et sicut adhibetur, et sicut peritago

et sicut adhibetur, et sicut peritago

et sicut adhibetur, et sicut peritago

et sicut adhibetur, et sicut peritago

et sicut adhibetur, et sicut peritago

et sicut adhibetur, et sicut peritago